

120

a victo populo tribus. Beniamin obtestantur
 in coniugium. se eis proprias filias non duros. Re
 manserat tribus sine villo posteritatis subsidio.
 nisi fraudis necessarie accepisset licentiam. que
 tamen indulgentiam congruo intemperantie supplicio non
 videtur vacare quam illis hoc solum promissum est
 ut rapta inirent coniugia. non connubij sacramen
 to. Et reuera dignum fuit. ut qui alienum contuber
 num soluerat. ipsi nuptiarum amitterent solem
 pnitatem. Quam plena autem miseratiois historia
 vir inquit leuita acceperat sibi iugalem. quam
 a concubitu concubinam appellabat. que aliquan
 do post quibusdam ut fieri solet offensa est ad
 patrem se contulit fuit illic quatuor mensibus. Et
 surrexit vir eius. Et abiit ad soceri sui domum. ut cum
 sua iugali repararet gratiam. et reuocaret eam ac re
 duceret. Occurrit ei mulier atque in domum patris
 sui introduxit maritum. Letatus est adolescentu
 le pater. venit obviam et sedit cum eo tribus die
 bus. et epulati sunt. et quieverunt. et sequenti surre
 xit leuita diluculo. et retentus est a socero. ut tamen
 cito non desereret conuiuium iocunditatem. et alio et
 tercio die non permisit pater adolescentule profi
 cisca genere suum. donec leticia inter eos et gra
 ois consumeretur. Sed die septimo cum iam ad ve
 sperum declinaret dies. post mensas et leta con
 uuiua. cum pretereret finitime noctis viciniam ut